

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CLXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CLXVI.

RUDOLPHI I. IMP. PRIVILEGIUM CIVITATI  
FRIBURGENSEI DATUM, UT JURIBUS CIVI-  
TATIS COLUMBAR. FRUERETUR.


ANNO MCCLXXXII.

*Ex autographo Friburgensi.*

**R**UDOLFUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vni-  
versis sacri Imperij Romani fidelibus presentes litteras inspectu-  
ris, gratiam suam & omne bonum; In Regie dignitatis specula, divino  
munere constituti, libenter ad fidelium subditorum utilitates & com-  
moda procuranda, solite benignitatis inclinamus intuitum, ut ceteri  
ex eo ad nos sacrum Imperium devotionis & fidei suscipiant intentivum.  
Noverint igitur tam presentis etatis homines quam future quod nos ve-  
nerandi Heinrici Basiliensis Episcopi ordinis minorum principis & se-  
cretarij nostri dilecti, grata multum & placita pure devocionis insignia  
in quibus, nobis non infima delectatione complacuit, benignius intuen-  
tes, ad ipsius instantiam, prudentibus viris, civibus Friburgensibus in  
Briscowia tam presentibus quam futuris & ipsorum Civitati omnes gratias,  
libertates & jura, quibus civitas Columbariensis, & alie nostre ac imperij  
civitates, gaudere noscuntur, de Regali clementia concedimus, & de  
novo donamus, perpetuo possidendas. Insuper in gratie amplioris aug-  
mentum, predictis civibus, & ipsorum civitati, omnia jura, consuetu-  
dines, libertates & gratias, quas usque ad hec tempora juste ac ratio-

M m 2

nabiliter habuerunt, de plenitudine potestatis Regie confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Testes hujus sunt ven. H. Basiliensis Episcopus predictus. Illustris L. Comes palatinus Reii Dux Bawarie. principes nostri. Nobiles Viri. E. de Catzenellenbogen. Johannes de Spanheim. N: de Nassowe Comites. H. de Bapenheim, Marschalcus noster & alii quam plures. In cujus rei testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo jussimus communiri; Datum Wormacie III. Idus Novembris. Indictione XI. Anno Domini M. CC. LXXXII. Regni vero nostri anno decimo.



## CLXVII.

OTTO EBERSTEINIUS PARTEM CASTRI VETERIS  
EBERSTEIN, RUDOLPHO MARCHIONI VENDIT.

A N N O   M C C L X X X I I I .

*Ex autographo Archivi Badensis Rastadij.*

*Wir Otte von Eberstein verjehen und thun kund allen den, die diesen Brief sehent oder hörent lesen, das wir unserm Schwester Mann Rudolphe dem Marggraven von Baden und unser Schwester Cunigunde, seiner Würthin, für solche Ansprache, als unser vorgeante Schwester ahn uns hette, oder haben möchte, umb solch guth, das uns auerbete von Vatter und von Mutter, den Theil der Burge des alten Ebersteins, den unser Vetter Simon von Zweybrücken hatte, und den Wir demselben Simon mit rechtem Vrtheil und Gerichte han angewinnen, umb solchen Bruch, der geschehen ist, an dem Gesetzete, das zwischen unserem Vatter, uns*